

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Rudolphi Goclenii Exercitationes et disputationes ethicae
& politicae**

Goclenius, Rudolph

Marpurgi Cattorum, 1601

LIII. An aliquando verum fuerit: homini natura virtutem inesse?

[urn:nbn:de:bsz:31-109121](#)

liticali rationatione cadere possit. Plato pro-
pius videretur accedere ad sententiam sacrarum
literarum. Hæ enim Deum faciunt potissi-
mam & præcipuam virtutum causam. Jacob. 2.
v. 17. Omnis donatio bona, & omne perfe-
ctum donum è supernis descendit à patre lu-
minum. Dico præcipuam: Quia horaines non
sunt h[ic] subjecta habentia se purè passivæ, sed
sunt aëregia seu cause cooperatrices.

L IIII.

*An aliquando verum fuerit: Homini naturæ
virtutem inesse?*

Affirmatur.

VIRTUTES aliquo modo proficiuntur ex
naturæ: studio vero absolvit & augen-
ti, si Deus annuat, dictum modo est ex A-
ristotele & Platone: Ut virtus quidem sit na-
turalis, quoad radicem, inchoationem, adum-
brationem, semina, igniculos & propensi-
onem ad decus & honestatem. Non vero na-
turalis, quoad solidam expressionem & per-
fectionem. Hæc autem assertio in natura, ut
nunc est, id est, corrupta & vitiata per primum
lapsum, locum habet. Utitato nunc cursu na-
turæ non nascimur, sed sumus boni seu *χρό-*
νείας: At in statu innocentie ac integratatis
naturæ virtus homini inherat. Homo Adamus
ut à Deo creatus est, ita creatus est, ut virtuti-

Y S bus

bus instructus, non nudus ab his fuerit. Hę
 igitur virtutes fuerunt ornamentum, & bo-
 num *euonior*, quia à natura naturante, (quam
 vocant,) infusa ēξic, non ēnīlntoy, id est, non
 studio acquisitum, non frequenti actione a-
 citum. Sic ante lapsum generis humani infe-
 riores animi vires non pugnarunt cum supe-
 riore facultate. Dedit enim Deus homini ab
 initio inferiores animi vires partēsve mode-
 ratas, & rationi obsequentes. Ex lapsu postea
 exortum est dissidium seu bellum inter affe-
 ctum, & rationem, quo fit, ut non nunquam
 libidinum astu abripiamur, illecti volunta-
 tum blauditiis, à rationis præscripto desie-
 etamus, nec ἐρῶντες ταῦτη perpetuò tencamus:
 quod ut ὁ θεός ταύτην adjicere hoc libuit. Re-
 deo igitur eō, unde paululum videor digres-
 sus. Virtutes, objiciat quispiam, Adami ante
 lapsum sunt bonum morale. Non igitur natu-
 rale. Respondeo: hic Naturale non opponi
 morali: Sed hęc distingui tantum ratione.
 Morale bonum est Adamo naturale, quia non
 comparavit virtutem crebris actionibus. Ac
 quidem, ut dixi, virtus ei ita naturalis est, ut
 & cœlestis & delibata divinitus restet dicatur,
 quia *Deo dator* est: id est, à Deo ipso in animo
 Adami facta est, ideoque aliunde hausta acce-
 ptaque.

Object.

Resp.

Sime